

Πάλιν ἠκέσαστε, ὅτι ἐρρέθη τις ἀρχαίως, ὅτι οὐκ ἔπισηκῆσαι. Ἀπο-
 δώσεις δὲ τῷ κυρίῳ τὰς ὀρκὰς σου. Εγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, Μὴ ὁμῶσαι
 ὅλως. μήτε ἐν τῷ ἕρανῳ, ὅτι θεῖνός ἐστι τὸ θεῖον. Μήτε ἐν τῇ γῆ,
 ὅτι ὑποπόδιον ἐστὶ τῶν ποδῶν αὐτοῦ, μήτε εἰς Ἱερουσόλαμα, ὅτι πόλις ἐστὶ
 τῆς μεγάλης βασιλείας. Μήτε ἐν τῇ κεφαλῇ σου ὁμῶσαι, ὅτι ἔδυνα-
 σαι μίαν τρίχα λευκὴν ἢ μέλαιναν ποιῆσαι. Antequam autem ad spe-
 ciales horum juramentorum formulas deicendamur, in genere quædam
 sequente paragrapho de juramentis Judæorum per creaturas observaturi
 sumus.

(117) *Præcept. Affirm. CXXIII.*

§. 14. Unde hunc jurandi modum addidicerunt, indagazione qua-
 dam vix indiget. Nam quemadmodum multa alia Gentilibus debent, ita
 quoque & hæc juramenta. Quomodo enim Græci per creaturas jurarunt,
 docet *Philip. Pfeifferus*. (118) De Romanis vero vide *Briffonium*, (119)
 & *Dilberum*. (120) Quod obligationem horum juramentorum attinet,
 ad unum ferme omnes concedunt, ea non ita hominem obligare, ut non
 possit non jurata servare, aut si pejuraverit, perjurii pœnam necessario
 pati debeat. Hinc enim juramenta ejusmodi vix pro talibus agnoscunt.
 Ita enim *Autor noster* (121) מי שנשבע בשמים וכארץ ובשמש
 וביוצא בהן אעפי שאין כוונתו אלא למי שכרא אין זו שבועה
 וכן הנשבע בנביא מין הנביאים או בכתב מכתבי הקדש אעפ
 שאין כוונתו אלא למי ששלך נביא זה או למי שצורה בכתב
 משבוע אני עליכם מצוה אני *Mischna*, (122) זה אין זו שבועה
 עליכם אוסרכם אני עליכם הרי אלו חייבין בשמים וכארץ הרי
 אלו פטורין בארץ דלת כווד ה"י בצבאות בחקן ורחום בארך אפים
 ברב חסד ובכל הכנויו הרי אלו חייבין וכך. Quæ loca cum fa-
 cilia sint, ipsi Lectori vertenda relinquimus. Et hoc ipsum, quod jam de
 obligatione horum juramentorum diximus, ipsis quoque Gentilibus notum
 fuit; unde apud *Martialem* (123) hos notissimos versus invenies, in qui-
 bus verpam Poetam ita alloquitur:

Illud me cruciat Solymis quod natus in ipsis

Pædicas puerum, verpe poeta, meum.

Ecce negas, jurasque mihi PER TEMPLA TONANTIS;

Non credo; jura verpe, PER ANCHIALUM.

Ubi